



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

119. Quare Episcopo consecrando traditi[t]ur Baculus, & Annulus? Vbi  
plura pro illorum significatione. Ex p. 12. t. 1. r. 119.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

notem, vel adjumentum quodlibet impendunt: sic enim duxisse dicitur Deus populum suum in manu Moysis, & Aaron: sic de Davide dicitur, quod manus Domini cum illi fuerit, eumque confortaverit, & deduxerit: sic à Thecuite petiit Rex David manus Iob effet cum ipsa, id est an à Iob de negotio, quod ipsa proposuerat; instructa, p̄monita, & al illud inducta fuisset: sic facta dicitur manus Domini super Ezechielē Prophetam: si denique (ut innumerata prope alia omittamus) Sacerdotes, & Levitae Deum laudasse dicuntur per manum David. Altera ratio est, quia cū ad periculum capitū avertendum manus statim currit: cū imminentem ensim, lecūsum, vel baculum incidentem lapide, aliamve calamitatem imposta manus à capite propulset, in modo & i solis ardore caput defendat, ipsum tegendo, & ve lando: convenientissime manus prefens subsidium, & tegmen (quod utrumque verbum, quo Dionysius utitur, nō alias oritur, exītārūa orūmīgō, significat) seu velamen repellet, ad quam proinde significationem alludens Tertullianus de manus impositione in alio Sacramento usurpata hæc ait: Caro manus impositione adumbratur, ut & anima spiritu illuminetur.

2. Secunda significatio manus impositionis, seu potius instrutio, quam ex hoc rito Ordinandorum, singuli percipere debent, secundum Dionysium, hæc est, ut moncantur omnes ita sacris ministeriis incumbere, quasi sub Deo, & divinas capitū suo impositas manus semper habeant, ac si nimirum Deo movente, dirigen te, & minibus veluti eos deducente, divina Omnia munia aggrediuntur, prosequantur, perficiant. Fœlices illi qui manus Domini super se habent præmiantes virtutum suarum corollā que texētes, & capitū ipsorum innocuo imponentes. Infelices autem isti, super quos manus Domini aggravatur, quorum capitib⁹ vindictæ scelerum manus divinae incumbunt; unum tamen è duobus necessarium est, ut vel super capita nostra benignas Dei manus, & liberales experientur, vel punitorum sentiamus, prout nempe, vel nos ab eadem divina manu deduci passi fuerimus, vel easdem reiecerimus: si super nos expensa illæ fuerint, purius quotidie ab iis in nos beneficia derivabuntur: si resticte extiterit, non solum illiberales in nos futuræ luce, sed & armatam in nos divinam vindictam minabuntur. Ita Hallier. Et individualiter de nostro casu sic ait Durand. in Rationale D. Offic. lib. 3. c. 11. n. 10. Manus vero impositione lumpit exordium ab Isaiae, qui dum Iacob benedixit, imposuit sibi manum Gen. 27. & Moses Iouie, cum eum populo præfecit. Num. 27. & Dominus Apostolis, cū eos Principes mپndi conseruit, sed & ipsi Apostoli per manus impositionem Spiritum S. dederunt. Ad. 19. & c. 9. sic etiam ait. Ideo fit manus impositione super ordinandos: quia per manus opera, per digitos Spiritus S. dona: per caput, sed mente intelligimus. Rechè ergo manus imponitur: quia donis Spiritus sancti in mente imbuit ad opera Christi mittuntur.]

## RESOL. CXIX.

Quo Episcopo consecrando traditur Baculus, & Annulus? Ex p. 12. tit. 2. Ref. 119.

A Signat pulchras rationes Socolovius. Confessio, ait, [Sacramento, atque matrino, confert le divinis Hierarcha ad spiritualem economiam, sanctæque prolis gubernationem. Ar mut igitur primum, & instruit novis præsidis novum spolum: dat regendæ, & gubernandæ familiæ instru-

Tom. IV.

menta, ac gubernacula. Et cū omne regimen, omnisque administratio, autoritate, & amore continetur: Oderunt enim peccare mali formidine pœnae: Oderunt peccare boni, virtutis amore: tradit in primis in manus novi Antistititis consecratum baculum; autoritatis scilicet, & disciplinae insigne; ut sit in coēfendis virtutis p̄e severus, iudicium sine ira tenens, lenis in foveandis virtutibus, audientium animos demulcens in tranquillitate severitatis censuram non deflerens; ut revochet errantes, regat justos, pungat, & stimulet ignavos & inertes, repellat noctes, a juxta Ezechielem, attrahat vagum, sustentet languidum, stimulet pigrum, portet in humeris suis, exemplo Principis pastorum, ægrum & debilem. Ut increduli, inquit Bernardus, convertantur ad fidem, conversi non avertantur, aversi revertantur, perverbi ordinent ad rectitudinem, subversi ad veritatem revocentur, subversores convincantur, ut vel emendentur ipsi, si fieri potest; vel si non, perdant autoritatem, facultatemque alios subvertendi. Verum cum haec nuptiæ hocque regimen, non tam timoris, quam amoris sit; non tam severitatis, quam charitatis: Nam & Christus Dominus dilexit Ecclesiam, & tradidit feme ipsum pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lavacro aquæ, in verbo vita, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta, & immaculata. Et eum quem Vicarium loco sui relietur erat, priusquam illi despondisset, ter interrogavit, num se diligenter, & propterea se sp̄sram suam. Quod cum ille summa assertuante ter professus fuisset, tum demum illud audivit: Paſce oves meas, paſce agnos meos. Sanè qui dicit, Amice ascende superius, ait Bernardus, amicum fore fidit, si minus inveniat non expedit quidem. Qui elevavit, & deicere potest, Sacra querela, quoniam elevans allisisti. Ideo ejus amoris, & charitatis symbolum, facer Consator novo sponso, consecratum annulum confert, monens eum, ut accipiat annulum, fidei scilicet, & amoris signaculum, quatenus sponsum Dei, sanctam videlicet Ecclesiam, intemerata fide, illibatam custodiat. Ita ille, quem postea transcribit Barbosa de potest. Epif. p. 1. tit. 2. c. 5. n. 13. C. 15. Vide etiam Lotherium de Benefic. tom. 1. lib. 1. q. 9. num. 97.

2. Sed hunc Ritum magis latè tractat Dominus Hillier, de Sacram. del. p. 2. cap. 8. art. 4. §. 1. tit. 1001. & quia ab eo observata satis sunt curiola, & erudita, hic in gratiam Lectorum per extensem apponam, sic itaque afferit.

3. Alia vero apud Latinos consecrato Antistiti tradit solē, annulus scilicet, & baculus pastoralis: ex veteri nempe ordine Romano, Sacramentali Gregorii, & Pontificali Romano, necnon Authoribus infra citandis. Tradebatur Pontifici annulus in Ordinatione, sicut in renuntiacione ab eodem reddebat, teste Cartonensis Episcopo Ivone; Benedictio autem annuli, qui Pontifici traditur, iis verbis prescribitur in veteri Ordine Romano, J Creator humani generis, dator gratie spiritualis, largitor æternæ salutis, tu Domine emitte tuā benedictionē super hunc annulum, ut quicumque hoc Sacrofane fidei signo insignitus incedet, in virtute celestis defensionis ad aeternam vitam sibi proficiat. [ Verborum quoque proferendorum, dum traditur id est annulus, variae formulæ proferuntur: prima, cuius solius meminit Sacramentale Gregorii, amplissima hæc est:] Accipe annulum discretionis, & honoris, fidei signū, ut quæ signanda sunt signes, quæ aperienda prodas, quæ liganda sunt liges, quæ solvenda sunt solvas: atque credentibus per fidem baptismatis, lapsis autem, sed penitentibus, per ministerium reconciliationis, januas regni celestis aperias; cunctis vero de thesauro Dominico nova, & vetera proferas

M m ad

at eternam salutem hominibus, cōsolatur gratia Domini nostri. [ Altera, quæ admonitio dicitur, & quæ fusori præcedenti aliquando, ut opinor, adnectebatur, iis verbis traditur.] Memor sponsionis, & desponsationis Ecclesiasticae, & dilectionis Domini tui, in die qua affectus hunc honorem, cave ne obliviscaris illius. Tertia ibidem referitur, Accipe Annulūm Pontificali honoris, ut sis fidei integritate ante omnia munitus, misericordia operibus infistens, infirmis compatisiens, benevolentibus congaudens, aliena damna propria deputans, de alienis gaudiis tanquam de propriis exultans : [ Sic enim affectus esse solet sponsi erga sponsam suā animus, ut ejus five bona five mala sibi adscribat, ad condolendū, vel congratulandū paratus. Quarta denique quam solum tradit. Pontificis Romanum ea est:] Accipe Annulum, fidei, scilicet signaculum, quatenus sponsam Dei, sanctam videlicet Ecclesiam, intermerata fide ornatas; illibatè custodias.

4. Ex quibus formulis multiplex ratio eruitur, ob  
quam Episcopo annulus consecrato tradatur. Prima  
est, ut species nuptiarum, inter Episcopum, & Eccle-  
siam exhiberetur; annulus enim sponae pignoris loco  
mitti solitus fuit, quem pronubum idcirco Tertulia-  
nus vocavit, Juvenalis *Sponsaliorum pignus*; cuius  
etiam in nuptiis tradendi causam hanc refert Hispan-  
ensis Isidorus. Illud verò, *inquit*, quod in primis an-  
nulus à sponso sponae datur, sit hoc nimis, vel  
propter natura fidei signum, vel propter id magis,  
ut mutuo pignore eorum corda jungantur. [ Plura  
hac de re passim apud Autores prophani, Agel-  
lum, Macrobius, Plinium, & alios.]

5. Ad significandum ergo spirituale fædus conjugii, quod inter Episcopum, & Ecclesiam, quod in electione initiatum, ratum in confirmatione, & in consecratione, intelligitur consummatum: annulus Pontifici recte datur, ut nieminerit se cum Ecclesia sua sancte copulatum, & angustissima consecratione devinatum. Altera anni significatio est, ut Episcopi per annuli traditionem dignitas innotescat, & apud ipsum signatorius esse Dei annulus ostendatur; potestasque nobis beneficia conferendi, qua à Deo omnibus potissimum tribui possunt: nec peccata nostra remitti nobis soleat, nisi Episcopi, vel Sacerdotum ab ipso delegatorum ministerio divina gratia consignetur.

6. Annulum autem Principatum signum seu, ut lo-  
quitur *Augustinus*, mirabile dignitatis insigne conferi  
nemo ferè nec sit potestatem quoque anni datione  
significari dices ex *Curtio*, *Iustino*, & *Arriano*, apud  
quos, quod Alexander Macedo extra tum ex dito  
annulum *Pérdicæ* tradidisset, successorem Imperii  
eum designatum multi credidisse referuntur: eaque  
authoritate ipse fretus cateris Ducibus Provincias di-  
visit. Dices ex *Suetonio* referente *Caligulanum* Imperi-  
um insignia avide expetentem Tiberio cum morte lu-  
cianti annulum detraxisse. Dices ex *Niceta*, qui *Ilia-  
cum Comnenum* è digito patris *Alexii* signatorium  
annulum subduxisse narrat, ut eo viro milites sibi ma-  
jus palatum aperirent. Dices maximè ex *Ambrosio*  
*Patriarchæ* *Joseph* dignitatis à *Pharaone* collata orna-  
mēta expones, è quibus unus erat annulus, quæ *Scriptura* facia *Pharaonem* è digito suo extraxisse, & manu *Isophei* inseruisse testatur, hæc verba profert. [Quid enim sibi vult annulus digito ejus infertus, nisi ut in-  
telligamus Pontificatum ei fidei esse delatum sit aliis  
spñe signaret?] Nam quod Pontificatum annulo exprimi  
doceat *Ambrosius*, ad præsentē ex positionem idō-  
neum est argumentum sed cur Pontificatum fidei an-  
nuli traditione significari docuit, non ita constat: nisi  
forte quia quemadmodum scripta tabula fidem apud  
Romanos minime mercantibus, nisi que signatorio  
annulo essent munitæ; ita nec prædicatio divini Yer-

bi, neque Sacramentorum collatio legitima, sed furtivè usurpata cenfetur, nisi Pontificia authoritate approbata fuerit. Annulis autem ad signandum veteres usos fuisse Lippis, & Tonforibus notum est. Verum etiam quandam rationem, ob quam annulus daretur Epifcopo, suggerunt verba Ambrosii, quod propria Epifcopi potestis annulo convenienter significetur; nam cum tria tantum sint Sacra-menta, qua characterem conferunt, seu anima spirituale signum imprimunt ex Theologis sex his tabus Baptismum foli Epifcopi solemniter confere olim solebant, Confirmationem autem, & sacram Ordinem foli ipsi tanquam Ordinarii ministri conceder possunt: quo fit, ut quia animatum configrandorum peculiarem potestatem habent, annulum ligatorium in sui confectione accipiunt: Quantum addere possumus, per annulum scilicet dona Spiritus sancti, variaque gratias gratis datas significant, que instar annuli in circulum gerantur, quia inter le conexa, & à Deo derivata in Deum tendunt; ad quod illudens Ecclesiastes, ] Iustans universa in circuitu porrigit spiritus, & in circulos suos revertitur.

7. [Baculi porro pastoralis varia mystice significaciones referuntur: primum enim baculus Pastoris datus est dignitas insigne: nam virga, seu baculus apud veteres potestatis, & dignitatis insigne habens est; quarum formam Pastorales iam baculi expamenti, ] Laconumin pretio fuetunt, teste Platoni Historia ferè omnia officia baculo pastorali significari possunt. Docet Isidorus Hispalensis, cuius verba expressi Synodus Aquigranensis, hunc autem, dum concentratur, datur Baculus, ut ejus iudicio subditam plebem vel regat, vel corrigit, vel infirmatibus infirmos sustineat. *Beda* Baculum habet Epifcopus ut subditos regat, infirmos sustineat. *Innocentius III.* Baculus correctionem significat Pastoralem. Item ideo est iocatus in fine, rectus in medio, rectorus sive recursus in summo, quia Pontifex debet tangere pigros, nere debiles, colligere vagos. [Hoc ipsum olim lapis quidam Marmoreum Tholole repertus non docuit, cui Sanctorum Petri, & Saturnini pedum pastorale gestantis imagines cum hoc versu insculpta sunt.]

*Curva trahit, quos recta regit, ultima pungit.*

[ Sed Honorius Augustodunensis expressus est  
sum significat, ] per baculum quo infirmi sustentan-  
tur authoritas doctrinæ designatur : per virg-  
nam improbi emendantur, potestas regiminis figura-  
tur ; Baculum ergo Pontifices portant, ut intimos  
in fide per doctrinam erigant: virgam bajulant, et  
per potestatem inquietos corrigit: que virga, vel  
baculus est recurvus, ut aberrantes regimur: que erga, docen-  
do, ad penitentiam trahat; in extremo est acinus,  
ut rebellis excommunicato retrudat, hereticos  
velut lupos ab ovili Christi potestate exterrit.  
*A quo non discedit Hugo à S. Victor in verba Episco-  
po dum regimen Ecclesie committitur baculum,  
quasi pastori traditur : in quo tria notantur, que  
significatione non carent, recurvitas, virga, cuius  
significatio hoc carmine continetur.*

*Collige, sustenta, stimula, vaga, morem,  
Hoc est Pastoris, hoc virga figurat honoris.*

Item : *Agave pungens*

*Attraho peccantes, istos rego, pungo, vng<sup>m</sup>*  
*in pectus, in pectus.*

*Officio triplici servio Pontifici.*  
in illius loco citato, cui adde-

Et hæc omnia notavit Hallier loco etiam  
ius eruditum Andream

Sauſſajum in Panoplia Epilcopali lib. 3. p. 1.  
Sauſſajum in Panoplia Epilcopali lib. 3. p. 1.  
Sauſſajum in Panoplia Epilcopali lib. 3. p. 1.

*præcipue disp. 8. pro nostro instituto late significationem.*

sticam Annuli Episcopalis significationem RESU

卷之三

Digitized by srujanika@gmail.com

Digitized by srujanika@gmail.com

Digitized by srujanika@gmail.com

3. *Leucosia* (L.) *leucostoma* (L.) *leucostoma* (L.) *leucostoma* (L.)

Digitized by srujanika@gmail.com

Digitized by srujanika@gmail.com